



pter fit actus Religionis, ad Dei cultum pertinens: 1. Finis devotionis, est divinam colere Majestatem per actus exteriores, quibus nobis sermibus interiores animi nostri sensus, quos habemus de illius Magnitudine, & excellentia. 2. Devotionis hujus effectus est in nobis fervorem, acritatem, & fidelitatem cetera, ut regulariter obeamus omnia Religionis, nostrique status officia.

VI. Quis autem ex his lineamentis Devotionis generatim sumptis non intelligit peculiare characteres devotionis Rosarii? 1. In Institutione, quae est devotendi se Dei, Sanctaeque Matris ejusdem famulari per cultum, & manifestam professionem. 2. In fine, qui est utrumque honorandi, omnesque fideles excitandi per cultum maxime solidum, probatum, ideoque magis acceptum divinae Majestati, quandoquidem hoc fit per frequentem recitationem orationis Dominicae, & angelicae Salutationis, quarum virtus, & meritum satis innotescit. 3. In Effectibus qui sunt excitare in re itantibus utramque orationem, fervorem, regularitatem, & perseverantiam ut cum aedificatione Religionis, ac status sui obeant officia.

VII. Considerare postquam 1. Necessitatem Associationis Rosarii ex fructu, quem tulit in Ecclesia per exitium Hæreses Albigenensium, per pietatem, quae per illam floruit, & multitudinem conversionum, quas procuravit.

2. Utilitatem, quam procurat illis, qui huic Societati adherent, & qui obeant officia, quae illa prescribit, videlicet 1. solidam orandi rationem. 2. bonorum operum praxim. 3. Sanctæ Virginis subsidium.

VIII. Aequum etiam esse potest Sermonis argumentum, ostendere Rosarii Confraternitatem esse.

Primo unam ex solidissimis devotionibus, quae possint institui in honorem Sanctæ Virginis, sive consideretur, 1. ejus institutio, in quam non aliud obiectum habet, nisi honorandi Filium in magnis Privilegiis, quae contulit Matri suæ, & honorandi Matrem, quae tanta cum dignitate sustinuit singulares favores, quos illa recepit a Filio. Sive consideretur 2. fructus institutionis Rosarii, qui fuerunt victoria relata adversus hæreticos Albigenes perniciosius Ecclesie inimicos, contra impios, & in omnem licentiam effusos, & contra demones.

3. Ostendere Confraternitatem Rosarii unam esse ex solidioribus devotionibus, quae valeant institui in honorem Sanctissimæ Virginis, sive consideretur, 1. Confraternitatem hanc esse ferme universalem, & extensam in omnes regiones, ubi Jesum Christum adoratur, ne separentur adorationes Filio debite ab obsequiis, quae debentur Matri. 2. Confraternitatem hanc amplecti omnes fere ætates, omnes conditiones, loca omnia; ita ut ne una quidem fere adsit familia, quae non sit in Sanctæ Virginis sub hoc titulo clientela. 3. In hac Confraternitate adnexa esse Indulgentias, quae conferunt tam ad bene vivendum, quam ad bene moriendum; ita ut in extrema obitus hora, cum bene confessi, & rite contriti simus, & Indulgentia nobis rite applicentur, fidelis ob omnibus peccatis sordibus ablatus, alterius Baptismatis speciem consequatur. Sermo Manuscriptus.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, & libri unde hauriri possit Copia ad propositas partes ejus exornandas.

Abbas vobis, qui de Rosario locuti sunt.

Beatus Alanus de la Roche ex Dominicana familia maxime contulit ad instituentem, & propagandam Rosarii Confraternitatem: Librum edidit: De dignitate Pfalerii Beate Marie Virginis, ubi agit de præstantia, fructibus, & extensione hujus Confraternitatis.

Vincentius Bandellus Generalis Ordinis Sancti Dominici authenticum reddit testimonium de extensione hujus devotionis, & multitudine insignium Virorum hujus Confraternitatis, testimonium insertum in Constitutionibus Ordinis distincte 1. c. 15.

Joannes de Monte, & Thomas de Templo duo discipuli, & indivisi Socii sancti Dominici, quorum alter edidit librum qui titulus Martiale, alter vero de Miraculis Pfalerii Beate Virginis.

Humbertus quintus Generalis hujus Ordinis 1. 2. Sermonem de Fraternitate serm. 59. habet hujus Confraternitatis Elogium, & illius fructus, ac exercitationes recenset.

Justinus Michovienis, Ordinis Prædicatorum 1. 2. discursum Prædicatorum super Litanias Laurentinas iustus persequitur, quidquid ad hoc pertinet argumentum, ita ut hic unus Auctor satis sit ad ostendendam excellentiam, utilitatem, miracula, & praxim Rosarii, & fructus admirabiles hujus devotionis in Ecclesia.

Thomas Cantipratenis 1. 2. c. 29. p. 61. & 3. narrat miracula per Rosarium facta.

Doctor Navarra scriptis reliquit piam rationem Rosarii recitandi.

Granatenis sub finem Meditationum in vitam Domini loquitur de devotione, & Mysteriis Rosarii.

Alanus de Rupe 1. 4. de quo supra.

Abbas vobis, qui de Rosario locuti sunt.

Albertus de Castro, Ambrosius Salinetus, Andreas Giffelca salutatione circa Rosarium. Theologia. S. Bernardinus rom. 1. serm. 53. Prædicator Naveca in Catechismo, Clitovæi sermones. S. Thomas Opus. 8. Francisci Costeri Explicatio Salutationis Angelicae. H. Gratiani Explicatio. Savonarola Explicatio. Stanislaus Osi Explicatio. Joannis Gropperi declaratio. Hortus Passorum tract. 4. iustus tractant de Salutatione Angelica, & de utilitatibus, & quomodo hæc oratio affert illam devote recitandis. P. Poire in triplici corona, tract. 4. c. 9. §. 3. Interpretes in S. Luca Evangelium; & quicumque Meditationes scripserunt in Mytheria Annuntiationis, quos memoravimus, cum de hoc Mytherio loqueremur.

Pater Poire in triplici corona tract. 4. cap. 9. postquam locutus est de Angelica Salutatione, loquitur de Rosario, ejus institutione, & fructu.

Pater Suffren in tomo 1. Anni Christiani, ubi agit de devotione erga Beatam Virginem, tradit praxim recitandi Rosarium, vel coronam deprecatoriam in illius honorem.

Pater Craffet in parte secunda devotionis erga Sanctam Virginem tract. 6. tradit praxim hujus devotionis.

Sanctus Franciscus Salesius sub finem Introductionis ad vitam devotam caput unum habet de Rosario.

Rodriguez tractatum habet de corona deprecatoria additum operibus Auctoris; qui tamen illius non est, & proinde in recenti versione non invenitur; sed tantum in veteri. Infiniti propemodum sunt libelli, catechismi, & rudimenta hujus argumenti, quae recensere morosum est.

Pater le Jeune Oratorii Sacerdos tomo 4. Sermonum, unum habet de Rosario.

Pater Nicolaus Diononensis Capucinus unum habet hujus argumenti in Mytheriis Beate Virginis.

In Elogiis Historicis tomo 3. sermo est de Confraternitate Rosarii.

Pater Texier inter Mytheria Virginis unum habet, ubi pauca sunt ad argumentum spectantia.

Auctor Sermonum in omnia Ethices Christianæ argumenta secundo Mytheriorum tomo, non præterit hoc argumentum.

Pater Theophilus in diptycis Marianis. Auctor Sermonum in Litanias Laurentinas, discursus in illud, Rosa Mytheria.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, figura, & applicationes Scripturae huius argumento.

Domina doce me orare. Luc. 11. Multum valet Oratio iusti assidue. Epist. Jacobi 5. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo. Matth. 18. In medio Ecclesie laudabo te. Psalm. 21. Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem Filii eius. 1. ad Corinth. 1.

Sapienter, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electum faciat. 2. Petri 1. Melius est esse duo, quam unum, habent enim emolumentum societatis suæ. Eccles. 4. Societas vestra fit cum Patre, & cum Filio eius Jesu Christo. 1. Joann. 1.

Si dicimus quoniam societatem habemus cum eo, in verbis ambulamus, mentitur, & veritatem non facimus. 1. Joann. 1. Videte vocationem vestram. 1. ad Corinth. 1. Erator, qui adiuvatur a fratre, quasi civitas firma. Proverb. 18.

Oremus simul, & pro nobis, ut Deus nobis aperiat ostium sermonis ad loquendum Mytherium Christi. Ad Colossens. 4. Benedicta tu a Domino Deo Excelso, & pro omnibus super terram: quia Nomen tuum ita magnificentum est, ut non recedat laus tua de ore hominum. Judith. c. 13.

Recognite enim, qui saltem sustinuit a peccatoribus adversum se contradictionem. Ad Hebræos 12. Sentite in vobis quod est in Christo Jesu. Ad Philipp. 2.

Gaudete Maria Virgo, sanctas hæreses sola interemisti in universo Mundo. In Officio Beate Virginis.

Figura, & exempla huius argumenti.

NON miror videns Sanctam Virginem, quae fuit instrumentum, & spectatrix omnium Mytheriorum Filii Dei, tanta consolatione suis repletam, cum vidit illa in se, & sub oculis suis adimpleta; illud autem admiror Abraham ipsam lætam fuisse, cum vidit illa in spiritu solum, & in figura adumbrata. Hoc Jesus Christus olim declaravit Judæis, ut illum confunderet incredulitatem: Abraham Pater vestrus, (Joann. 8.) dixit illis, exultavit, ut videret diem meum: vidit, & gavisus est. Quinam est hic dies Filii Dei, quem vidit Patriarcha, & qui tantam illi attulit læticiam tot sæculis ante ejus adventum? In diversa

Abraham exultavit, ut videret diem meum, & gavisus est, & credendum est oppositum ejus, quod videtur.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

discipulis suis agam paschalem, ut veritas figuræ, & Corpus umbrae succederet, accepit panem, cumque Deo gratias egisset, benedixit illum, fregit, deditque Apostolis suis, dicens: accipite, & comedite, hoc est Corpus meum, quod traditur pro vobis, hoc facite in meam commemorationem. (Matth. 26. Marc. 14. 1. ad Cor. 11.) Accepit similiter & Calicem, postquam cenavit dicens: Hic Calix novum testamentum est in meo Sanguine, qui pro vobis effunditur: quiescuntque bibitis illum, facite in meam commemorationem. Quæ verba ex istem Evangelistis desumpta, & ex Apostolo S. Paulo, ita perspicue ostendunt institutionem divini hujus Mytherii, ut nulla indigeant explicatione, vel commentario.

Ambigi nequit, quominus Eucharistia unum sit ex septem Sacramentis, quæ Ecclesia semper pro talibus recognovit, & venerata est; quod facile probari potest hac ratione, quam nemo potest inficiari, videlicet: In Eucharistia inveniri quiddam est de essentia, & natura Sacramenti. Ibi enim invenitur figura exteriora, & sensibilia. Gratia ibi producitur, & significatur, atque Evangelizatur, & Apostoli nullum dubitanti animo relinquunt, an Jesus Christus sit auctor illius. Sed animadvertendum est, plura esse in hoc Sacramento, quibus Sancti Patres dederunt nomen Sacramenti; nam aliquando Consecratio, & Communio, & fæpe etiam Corpus, & Sanguis Jesu Christi, quæ in Eucharistia continentur, Sacramenta vocantur. Itaque S. Augustinus ait: Sacramentum consistere in rebus duabus, in speciebus visibilibus elementorum, & in Carne, & Sanguine Salvatoris, quæ non videtur; & in hoc sensu dicimus, adorandum esse Eucharistia Sacramentum, Sacramenti nomine intelligentes Corpus, & Sanguinem Domini nostri; sed pro rei veritate species Panis, & Vini, ea proprie sunt, quibus hoc nomen vere convenit.

Eucharistia Sacramentum ab aliis differre Sacramentis; cetera enim non subsistunt, nisi in usu materiae, & cum hac applicatur a conferentibus illa. Ita Baptismus non est vere Sacramentum, nisi cum actu funditur aqua super recipientem; sed in Eucharistia subsistit materiam jam esse consecratam, quæ species Panis & Vini non cessant esse Sacramentum, tunc etiam cum in Sacra Pyxide aservantur. Ad hæc in aliis Sacramentis nulla fit substantia mutatio in aliam substantiam; Aqua Baptismi, & Confirmationis Christi non amittunt primam aquæ & Olei naturam, cum Sacramenta illa conferuntur; contra vero in Eucharistia id quod erat Panis, & Vinum ante Consecrationem, ea peracta, simul sunt vera Corpus, & Sanguis Jesu Christi substantia.

Eucharistia Sacramentum vere ex duplici constat materia, scilicet Pane, & Vino; non tamen sunt duo Sacramenta, sed unum, & idem, secundum Ecclesie dogma; nam præterquam quod septenarius Sacramentorum numerus, quem semper recognovit traditio, & quem Concilia Lateranense, Florentinum, & Tridentinum confirmaverunt, non subsisteret amplius, si aliter esset; Opus est etiam, ut, quemadmodum nonnulli sic unum mythicum Corpus per gratiam hujus Sacramenti, sit etiam unum in seipso, ut habet aliquam relationem cum re, quam operatur, atque significat. Itaque unum est, non eo quod compositum sit ex una tantum materia, sed quia unam tantum significat rem; simili ratione usus, & potus, qui duo sunt diversa, unum tantum habent finem, videlicet reparandi vires Corporis; ita duæ diverse hujus Sacramenti species, unam, eandemque habent significationem. Significat enim vitam spirituales, quæ subsistunt vitam Animæ; quæ propter Deum Filium testatus est: Caro mea vere est carnis, & Sanguis meus vere est potus.

Hoc Sacramentum tria potissimum inquit, quorum primum est res præterita, videlicet Passio Filii Dei, & hoc nobis innotuit S. Pauli verba: quiescuntque manducabitis hunc panem, & bibetis hunc Calicem, mortem Domini annunciantibus, donec veniat. (1. ad Cor. 11.) Alterum est res præsens, scilicet gratia, quæ nobis communicatur ad alendam, servandamque spirituales vitam Animæ nostræ. Tertium est res futura, cuius pignus est, scilicet æterna Gloria, quæ perscrutur in Cælo, secundum Dei promissiones. Hæc autem tria, quæ distinguuntur triplici temporum varietate, præteriti, præsentis, & futuri, ita significantur per hoc Sacramentum, ut quamvis sit ex diversis speciebus compositum, illas tamen singillatim ostendit, quasi hoc unum esset, & idem.

Non desunt in Religione Mytheria satis accommodata sensibus nostris, qualia sunt, Incarnatio, & Resurrectio Salvatoris. Incarnatio, incomprehensibile illud paradoxum, quemadmodum a Patribus appellatur, Mytherium illud abconditum a Saeculo, & S. Joanne fit obiectum omnium hominum; Videtur oculi nostri, & manus nostra contrahunt de vero vite. (1. Joann. 1.) Alia sunt Mytheria supra sensus posita, quæ est Sancta Trinitas, & gloria Sanctorum: quas nos oculus cæcis, nec auris audire videt, (1. ad Cor. 2.) S. Paulus ait: Alia denique sunt, quæ sensus omnes avertunt, cuiusmodi est Mytherium Eucharistia, quod jubet nos credere contrarium eorum, quæ videmus. Credo Deum abconditum sub integro

Houdry Bibli. Cœn. Theol. de Myther. Tom. II.

Confrat. Eucharistia verum, esse Sacramentum.

Consecratio res.

In quo Eucharistia Sacramentum differre ab aliis Sacramentis.

Quamvis Eucharistia Sacramentum duplici consistat materia, non sunt tamen duo, sed unum Sacramentum.

Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

Mytherio Eucharistia fiturum est trium pergerit.

mentis hujus Sacramenti, & illud non video; certior tamen esse debeo præsentia Jesu Christi in Eucharistia, innoxius is, quæ dixit nobis, quam si ipse visibilem se nobis præberet, quin id dixisset; sensus enim hominis falli possunt, sed Jesus, qui eadem est Veritas, mentiris non potest.

Liquet Panem solum, & Vinum, modicissima mixtura aqua adhiberi posse pro materia hujus Sacramenti, quin solus explicetur qualitas hujus Panis, qui de re concionatorem enucleatius verba facere non oportet; sed operæ pretium est, Panem, & Vinum admirabiles habere relationes cum rebus, quas credimus, & consuetum esse symbola, & signa hujus Sacramenti, & esse aptissima ad efficiendum, ut ea concipiamus: Namque 1. cum Corpus, & Sanguis Jesu Christi in Eucharistia sint vera animarum Ecclesia, nihil aptius esse poterat ad indigendum effectum hujus Sacramenti, ipso Pane, & Vino, quibus utitur ad alendam Corporis Vitam, & quæ communis est alimonia. 2. Nihil etiam magis conferre poterat ad facilius adituendam fidem Veritatis Corporis, & Sanguinis Domini in hoc Sacramento, quam videre quotidie Panem, & Vinum mutari solis naturæ viribus in nostram Carnem, & Sanguinem. 3. Hæc mutatio Panis, & Vini in substantiam nostram prodesse potest etiam ad efficiendum, ut concipiamus id, quod in Anima Sacramentum operatur; videlicet incrementum in vita gratiæ, quemadmodum, per Panem, quem manducamus, corpora nostra crescunt sensim, & sine sensu, donec ad suam perfectionem pervenerint. 4. Denique Ecclesia unum tantummodo Corpus efficiens compositum ex pluribus membris, nihil melius representare poterat unionem hanc, nisi Panis factus ex pluribus aristis, & Vinum ex pluribus racemis.

Quamvis Eucharistia vulgo dicatur Sacramentum Corporis, & Sanguinis Jesu Christi quia hæc duæ sensibiles partes humanitatis ejusdem postea sunt accidentibus Panis & Vini directæ, & ut verborum, addendum est tamen si in se invicem divinitatem per concomitantiam, ut ajunt Theologi, hoc est, per quandam speciem necessitatis, quæ requirit, ut hæ partes Salvatoris inveniantur in hoc Sacramento cum istem nexibus, quos habent in statu suo naturali; & quoniam Corpus, & Sanguis J. C. hypostatice conjuncta sunt cum persona Verbi in hoc statu suo naturali; opus est etiam, ut veniant in hoc Sacramentum cum eadem prærogativa.

Ad integrum hujus argumenti cognitionem e re est animadvertere discrimen, quod interest inter primam Consecrationem a Salvatore in novissima Cœna peractam, & a Salvatore in novissima Cœna peractam, quæ quotidie sunt Sacerdotum Ministerio. In prima illa consecratione, quæ jure vocari potest Missa prima, quæ celebrata fuit, Salvatoris Corpus positum fuit sub vestimentis hujus Sacramenti; sed cum illud, tunc temporis mortale esset, atque passibile, naturalis concomitantia de qua locuti sumus, flagitabat, ut produceretur in eodem statu, quem habebat in seipso; quia vero modo est gloriosum in Cælo, per leges hujus nexus, opus est, ut super aras nostras veniat cum omnibus gloriæ, & beatitudinis suæ prærogativis.

Si Jesus Christus visibiliter præsens esset in hoc Sacramento, cum accipimus, & manducamus Corpus hoc adorabile, postea aliquo modo maximus Religiois nostræ actus crudelitatis, & homicidii redargui: Crudelitatis quidem, quia humanum Corpus manducamus; Homicidii vero, quia Corpus Vivens manducamus. Nunquid ignoramus, quamvis hæc omnia præcaverit Salvator in hujus Sacramenti usu, Ethnicos tamen non desisse, quominus ideo primos Christianos improperarent, eosque criminarentur, quia comederant in Sanctissimis ceremoniis suis crudam pueri Carnem, quemadmodum in apologetico Tertullianus animadvertit: dicimus Sceleratissimi de Sacramento insensibilium, & palpulo Cruda. Ad prævertendum igitur, & auferendum de mentibus hanc opinionem, Jesus Christus abcondit se in hoc Sacramento, & ponit seipsum in eo statu, in quo nemo deterreri potest, & estam illius perhorrescere.

Non potissimum uti sensibus nostris, ut videamus, & quo pacto Dei Filius sit in divino hoc Sacramento, & quam vitam speciem ibi agat. Quoniam hæc non cadit sub eorum experientia, & omnes eorum usus offendit; neque potissimum adhibere lumina rationis mere humane, quoniam hoc Mytherium non solum rationem superat, verum etiam oppugnavit videtur. Reliquum est igitur, ut utamur oculis fidei, quæ S. Chrysolomo appellatur Oculi cordis; credamus, & Oratio cordis id perspicimus. (Chrysol. tom. 83; in Matth.) Quoniam hæc loquendi ratio? quia oculi fidei sunt in corde, quia ibi hæc Virtus incipit sese formare per piam hæc credulitatem, ut loquuntur Theologi, quæ flectit rationem nostram, efficique, ut cum submissione revelatas Veritates credamus.

Si inde unquam quandam impositum speciem captivatis humane menti, illa accidit in hujus Sacramenti fide. Etenim, cum Anima nostra adhaereat Corpori, & nihil cognoscatur, nisi per sensum lumina, naturalem habet propensionem, immo etiam aliquam juris speciem sese componendi.

N. ad

De materia Sacramenti Eucharistia.

Quamvis verborum in Sacramento non sit nisi Corpus & Sanguis, per se, & divinitas Salvatoris ibi est per concomitantiam.

Diferentia inter Consecrationem a Salvatore in novissima Cœna peractam, & a Salvatore in novissima Cœna peractam, quæ quotidie sunt Sacerdotum Ministerio.

Cur Jesus se abcondit sub accidentibus Panis in hoc Sacramento.

Fides sola detegit, quemodo Filius Dei sit in hoc Sacramento, & quomodo ibi vivat.

Violentia, quam fides facit nostræ rationi, & sensibus nostris, ut hæc Mytheria, & credamus.



populum ad Myfterium. panis est, appellatum fuisse Bethlehem, videlicet, Donum panis, & afferere poffimus omnia miracula ab ipfo patrata preparasse mentes ad credendum magnum illud miraculum, quod fit in mutatione Panis in Corpus ejus: Primum illud, quod mutavit aquam in vinum, incepisse dare nobis transubftantiationis exemplum; sed ne immeremur in perquirendis relationibus, quae licet remotae, verum sunt tamen, ea deligere poffimus, quae majorem, atque apertiorum habent similitudinem. Hoc modo respici potest prodigiosa illa multiplicatio, qua Jesus Christus fatuavit quinque hominum millia panibus quinque paulo ante Pascha. Die traxit aquam de cetera, quae datura erat vitam aeternam Populo, qui illum sequutus fuerat, & qui tanto miraculo captus, illum Regem facere voluit. En igitur, & figura, & res. Quinque panes praecedunt tamquam figura, & Jesus Christus eorum facit applicationem, gradum faciens a Pane materiali, quamvis miraculose, ad Panem spirituale, & profus divinam, qualem erat ipse pollicitus, de daturum Corpus suum ad vescendum, & Sanguinem ad bibendum. Haec Panis multiplicatio semper a SS. Patribus habita fuit tamquam figura, in qua Salvator nobis dabat imaginem multiplicationis in Eucharistia percipiende.

Docet Scriptura eo, quod Joseph universam Aegyptum providerat pane in summa agrorum sterilitate, & fame; Regem Pharaonem effecit, ut ille regio investus curru, per omnes Regni provincias deduceretur, & jusset, illum a Pharaone ab omnibus adora- de gen- ita quia Dei Filius dedit nobis panem Caelestem, suum videlicet Corpus, Ecclesia illum nobis proponit in folio, & sub umbella; & in hoc statu deducit illum in omnes Mundi Christiani locos, precipiens fidelibus omnibus, ut stentant genua coram illo, eique certatim cultum, & obsequium adhibeant.

Inter plurimas eximia pulchritudinis arbores, quae in ter- restri Paradiso nitebant, una erat, cujus vires ceteris praestabat. Erat autem Arbor vitae, cujus ope vires adeo reparabantur, ut homo immortalitate adipisceretur. Necessitas non est multis argumentationibus, neque meditatione, ut liqueat in Ecclesia Paradiso, in qua Deus, per Misericordiam suam posuit Eucharistiam, hanc vere esse Arborem vitam, quae nostras reparat vires, & in qua vitam profus divinam, quae nobis data est, nanciscimur: Non ut vires inter terrae delicias, quemadmodum fecerunt primi Parentes, si Deo fideles permansissent, sed ut delicias Angelorum, & Beatorum in Caelo perfruarum. Fructus, qui continet hanc potestatem, & virtutem, est Corpus Jesu Christi; Fructus suavitissimus, qui se dat nobis, ut sit Cibum nostrae sub speciebus Eucharisticis; Fructus Sacrae ex Crucis arbore avulsus reparat tanta cum utilitate malum, quod primi hominis peccatum pepererat, ut non solum efficiat, ut vivamus vitam Angelorum, & Beatorum, sed Deo ipsius; nosque adducit in statum perveniendi ad gloriam toto Caelo majorem illa, ad quam adspirare potuissimus, si Patres nostri primam servassent innocentiam. Neque enim in aeternum obtinuissimus hanc prerogativam, quae sperat quidquid dici potest cum nutrimentum proprio Corpore hominis-Dei, eique intime in Eucharistia Sacramento conjugamur.

Cum sciret Jacob, Isaac Patrem suum cumulatorem esse benedictione sua Primogenitum fratrem Esau, cumque ab eo redemisset suam Primogeniti, genitricis consilio illum praevertit. Accepit vestes Esau, & pelles mortuas, ut caro Jacob exprimeret villosam fratris sui carnem. Obluit mox Patri alimenta, quae Mater caute preparaverat, quia noverat vetulo placitura, non secus ac merum ad bibendum. Agnovit Isaac vocem pueri esse vocem Jacob, sed oculi ejus, propter nimiam senectutem caligaverant, neque illum facile discernere poterat; cumque palpando filium sentiret manus similes esse manibus villosis Esau, dedit illi benedictionem, tamquam Primogenito suo, & optavit illi adrem terrae, praecipue vero copiam frugum, & vini. Haec historia, quam satis reversioni non poffimus propter magna Mytheria, quae in ea continentur, descriptio est facti praeteriti, & Prophetia rerum, quae postmodum acciderunt; sed quia loquitur de aliis Mytheris, quae respiciunt Jesu Christi personam, satis pato animadvertere illum, dum viveret in terris gestasse externam Esau speciem, sed vocem habuisse, & suavitatem Jacob, cujus personam gerens, apparuit coram Patre suo, tamquam Primogenito obsequens se illi sub speciebus Panis, & Vini, ut, per hanc Oblationem in se, & in posteritatem suam, quae est Ecclesia multiplicata, & effusa in extremas usque terrarum plagas, detraheret uberem, & copiosam benedictionem, multiplicando Panem hunc Caelestem, qui illi futurus erat alimentum.

Jesus Christus saepe in variis parabolis, quas Populo suo proponebat, semetipsum pingebat, quod potissimum fecit in parabola ejus. Convivii, de quo loquitur apud S. Lucam, ad quod omnes erant invitati; illum ipse Salvator applicuit sibi, eamque ex ore ipsius excepimus, cum nobis dicit: Patremfamilias fecisse comam magnam, & cum

prandii hora immineret, misisse servos suos, qui dicerent invitatis, omnia esse parata. Vos non fugit, quas illi causas adduxerint, & quomodo inurbane interesse noluerint. Non est hic locus refellendi pravas causas; dico solum, Ecclesiam applicare parabolas hanc Eucharistico Sacramento.

Applicationes nonnullorum locorum hujus argumenti.

CUM dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Joann. 13. Quid sibi vult dilectus Discipulus asserens Jesum Christum, cum Apostolos suos semper dilexisset, illos usque in finem dilexisse? Tria tenent. 1. In finem illos dilexit, usque in finem vitae suae, quin mortis timor, aut vis suppliciorum, quae versabantur ob oculos ejus, & quae in antecessum patiebatur, potuerint aliquid imminuere de amore illius, vel prohibere, ne eisdem praeberet monumenta. 2. In finem amavit illos etiam praeter terminos vitae suae per amorem mortis ipsius victorem; videns enim prope esse, ut sibi eriperetur vita naturalis, quam receperat propter nostram salutem, & se nunquam recepturum eandem, nisi ut in Caelum attolleret; amor suus in hoc Sacramento excogitavit hanc inventionem dandi illi secundam vitam in Altari, atque intra nosmetipsos. 3. In finem amavit eos amore quodammodo infinito, & sine termino; nihil praetermittens, quod faciendum est amanti pro amicis; nihil omisit, quod obsequenter amantem deceat, ut ait S. Chrysostomus.

Quomodo cum illo nobis non omnia donavit? Ad Rom. 9. Apostolus utitur his verbis probaturus, cum Deus nobis dederit Filium suum, ac eum pro nobis morti tradiderit, nihil esse, quod nobis expectandum non sit ab ejus liberalitate. Sed poffimus etiam hanc eadem applicare verba augusto Altaris Sacramento. Deus in hoc Mytherio nobis dat Corpus, & Sanguinem suum, qui est pretiosissimum Mundi thesaurus, & qui continet quidquid maximum est in Caelo, & in terra. Post donum adeo magnificum, quid nobis negare potest? Nonne hoc pignus est, se omnia reliqua nobis esse daturum; vel potius non est hoc pignus, quo certos nos facit consecratos esse quidquid in gratia, & in gloria viverimus, quia in illo omnia eminenter continentur? Hac de causa Corpus Salvatoris, quod in hoc Mytherio datum est nobis, vocatur pignus futurae gloriae, quae nobis promissa fuit in vitam aeternam, & quam pro nobis est meritis Jesu per Sanguinem, quem effudit in Cruce, & quem dat nobis in hoc Sacramento; quoniam bona quaecumque continentur in ea gloria, quam nobis pollicitus est. Hoc jam est eandem quodammodo gloriam donare, cum det nobis pignus adeo certum, & quod tanti valet, quanti gloria promissa. Quomodo cum illo nobis non omnia donavit. (Ad Rom. 9.)

Medius vestrum sedit, quem vos nescitis. Joann. 8. Hoc dicebat S. Joannes Baptista Judaeis, qui non noverant Filium Dei, licet medius inter illos versaretur. Ille, quem per tot saecula expectatis, quem Patres vestri, & antiqui Patriarchae tantopere concupierant, & cujus adventum properare auri sunt votis, precibusque urgentes Deum, ut illum in terras mitteret; hic idem, inquam, tandem de Caelo descendit, medius est inter vos, illum praesentem habetis; sed thesaurus est, quo non gaudetis, quia illum ignoratis. Haec felicitas est, quam non gustatis, quia ad illum non advertitis animum. Bonum est infinitum, quod vos beatos efficere potest, sed quod est vobis inutile, quia pretium illius non cognoscitis. Medius vestrum sedit, quem vos nescitis. Nonne hoc ipsum perhibet fidelibus dicere poffimus, qui hunc eundem habent Deum, eundem Salvatorem, & ut uno verbo complectar, fontem honorum omnium. Qui illum, inquam, habent ob oculos, & qui tantum abest, ut ex hac felicit occasione proficiant, ut ne cogitent quidem? Sapientia ascendit, & thesaurus invisus, quae utilitas in usibus? (Eccl. 1. 4.) Quid proderit vobis thesaurus iste, si a vobis possideri ignoratis? Ah! hoc bonum sublimius cogitationibus vestris, majus desideris vestris beatos non facit, quia eodem uti nescitis. Potestis ex illo eisdem fructus percipere, quos qui visibiles ejus praesentia gaudebant; cum enim aequo liberalis sit in utroque statu, si vobis non est felicitas videndi illum, hoc vos consolari debet in tenebris, in quibus voluit relinquere vos ad fidem vestram exercendam, in causa est, quia vobis utilis est credere illum, quam oculis vestris videre.

Domine quid est homo, quod memoretur ei, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Psalm. 8. Hoc ipsi dicere poffimus, ea cogitantes bona, quae in hoc Mytherio recipimus, quid est homo, ut tu tantopere indulgeas illi? quid in ipso est, quod mereatur, ut amorem illius tibi concilies? quid est, quod te illare possit, ut praetergraderis omnes naturae Leges, hinc etiam contemnas decoris, & eas tuae sapientiae confundas? Nihil in nobis est, quod illum cogere possit. Unus amor fuit illum urget, & in uno hoc amore nobis quaerenda est causa eorum, quae fecit, & asserendum pro summa ratione id, quod inquit Apostolus, pro-

Quomodo, & in quo sentit Filius Dei amat Discipulos suos usque in finem.

Dei Filius dedit nobis omnia, dicit nobis corpus suum in hoc Sacramento.

Non cognoscimus pretiosum thesaurum, quae in hoc exemplo possidemus.

Quomodo mercantur homines, ut Deus se illis traderet in hoc Sacramento.

propter nimiam Caritatem suam. (Ad Ephes. 2.) Ille non dimensus est ex votis, ac desideris nostris conatus amoris sui, sed ex Caritate sua, quae est immensa, extrema, & mens poterat perungere ad hunc usque excessum, nullum cor poterat ex hunc usque excessum, nullum poterat, utroque ingeniosior, atque potentior Caritas superavit: propter nimiam, &c.

Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. Luca 22. Si consideramus principium, unde proficitur manus, quod in hoc Mytherio largitur nobis, facile est videre, nunquam nobis ostendisse majorem Caritatem, neque nobis certiora unquam dedisse illius monumenta; principium enim est proprium cor illius, quod erat quodammodo coarctatum vi desiderii, quod iam pridem conceperat, secundum locutionem, quae ipse usus est, ubi voluit augulum hoc Mytherium instituire: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. (Luca 22.) O discipuli carissimi! jam pridem felix hoc momentum desideravi, quo vobis daturus sum extrema amoris mei monumenta! non ait solum esse cupere, sed cupisse; ut ostendat votum hoc nequaquam esse desiderium a corde suo conceptum, & in illo eodem temporis momento nuncupatum. Sed, quod jam pridem illum urget, & angit, atque efficit, ut jam pridem expectaverit sancta cum impatientia diem hunc, ac desiderium suum in singula crevisse momenta, quae effectum remorabantur; hoc non simplex fuit desiderium, sed desiderium ardens; & urgens: desiderio desideravi: quod in Biblico sermone, significat excessum, & ardorem desiderii non communis, quod illius cor ardeat, usque tam impleatur. Unde nam quae oriebatur hic motus cordis in Salvatore? quae nam causa desiderii illius in Salvatore? quae nam diligebat? cetera enim argumenta cessavissent; namque sine hoc, opus salutis nostrae nihilominus consummatum fuisset; Redemptio nostra pretium persolutum fuisset, inimici nostri liquet proflus vixit, clausus infernus, apertus ret inter nos, postquam ad Patrem suum rediisset. Cur igitur exogitavit modum tradendi se nobis, & in terra permanens, usque ad saeculorum consummationem? Ah! scietur cor hujus Salvatoris; invenimus nondum satisfactum fuisse illius dilectioni; donec illi superest aliquid, quod tribuat; donec Corpus suum, quod tradidit pro omnibus hominibus, nondum est in potestate omnium hominum; & Sanguis, quem effudit pro illis, non effusus est in illis; nondum adimpletum est illius desiderium, neque cor ejus sui ipsius compos est: desiderio desideravi.

Scietis Jesus, quia venit hora eius. Joann. 13. In qua nocte tradebatur, accipiens Panem, &c. 1. ad Corinthios 10. Mirum est uterque Filium Dei cupientem sese tradere hominibus, & cum illis permanentem tunc etiam, cum homines injustissimi, ac violentissimo odio illum persequerentur. Scietis Jesus, quia venit hora eius, dicit Evangelium, & S. Paulus hoc animadvertit verbi magis explicitis: in qua nocte tradebatur, atque venudabatur inimicis, cum praevidebat eorum rabiem, atque conjugationem in se: eo ipso temporis articulo, quo viam excogitabat effundendi Sanguinem illius recenteribus supplicis, & inaudita crudelitate; ut sit pretium, ac medium salutis eorum. Cum in eo sunt illud reliquit in manibus eorum; ut magis de illis benemeretur, quanto illi magis de illo mererentur male: quae versabatur ob oculos ejus, & cujus dolores sentiebat propter hypotiposim, quam illi sua exhibebat imaginatio, alter suaderet; non cessavit tamen, quominus cum illis vellet permanere, &c.

Quotiescumque manducabitis Panem hunc, memorem Domini annuntiabit. 1. Ad Corinthios. 11. Liqueat in Eucharistia, Salvatore esse in statu Mortis, & quemadmodum recepit vitam novam, similiter passus est novum Mortis genus; sed non semper attenditur, ipsum per hanc circumstantiam praebere nobis maximum amoris sui documentum; quoniam non solum Panem hunc comedentes annunciamus Mortem, quam pro nobis passus est, sed illam etiam, quam patitur in nobis; & ratio est, quia mors postremum est terminus, quem ipse Dei Filius dedit vehementissimo amori hominum, post quem redigantur violentissimi conatus illius; post quem nequit ulterius procedere.

Majorem hac dilectionem nemo habet, quam, si animam suam ponat quis pro amicis suis. (Joann. 15.) Tunc extremum est tunc in omnibus parit adiorem. Si igitur inveniret aliquis modum pluries moriendi, atque etiam moriendi in singula momenta; hic proculdubio inveniret artem superandi Mortis excessum, si ita loqui fas est, faciens, ut quidquid maximum est in ejus vehementia, esset etiam diuturnissimum. Sed quod magis manifestum argumentum amoris Filii Dei erga homines, quam permanere cum hominibus, hac posita conditione, incessanter moriendi, &

saepe per eam mortem, quae illi truculentior est ea, quam primum sustulit; eas intelligo mortes, quas J. C. inferunt peccatores, cum in peccati statu recipientes.

Mytherium fidei. Haec verba profertur a Sacerdote in Calicis consecratione. Hoc est Fidei Mytherium, non confusum: Fides Sancti Petri commendata fuit ab ipso Jesu Christo, eo quod cognovisset divinitatem suam, quam non videbat sub umbris naturae humanae, quam videbat: Sacerdos et Simon Bar-Jona, quia Caro, & Sanguis non revelavit tibi. (Matth. 16.) Hic fidelium fides magis habet meritum; non enim creditur solum Divinitatem Jesu Christo, quae non videtur, sed non creduntur accidentia Panis, & Vini, quae videntur. Hoc Mytherium ad concipiendum est difficile; ideo Filius Dei proponit nobis illud tamquam Mytherium, ut fidem nostram exerceat, ut nostram exploret obedientiam, & rationis nostrae cohibeat temeritatem. Oportet igitur in hoc aliquid latere, ut fit fidei Mytherium; fides enim, S. Augustinus ait, in eo sita est, ut credamus, quae videre non poffimus, neque imaginari. Instauramus ergo hodie fidem nostram, erga Sanctum istud Mytherium, & coram Sanctuario profitemur, quod olim professus est S. Basilus in iuria in suspitione erroris vocatus, coram corporibus nonnullorum Martyrum: Credo, quod isti crediderunt; non aliam habeo fidem, quam illam, tot Martyrum, atque Sanctorum, qui effuderunt Sanguinem suum pro defensione hujus Mytherii, & paratus sum signare Sanguine meo fidem, quam habeo in verbis Jesu Christi.

Humiliatus sum usquequoque. Psalm. 118. Profecto quamvis Dei Filius in hoc Sacramento non aliud faceret, quam representare oculis nostris imaginem humiliationum passionis suae, mihi videor applicare illi posse in eo statu, ad quem in Eucharistico Sacramento redactus est, verba illa Prophetae: humiliatus sum usquequoque; quoniam reperit inventionem sustinendi humiliationes, quae non sunt amplius, & recolo memoriam praeteritarum injuriarum, ut modo me humiliem. Cum aliquam injuriam accipimus, illius vestigia delere quaramus; saltem aditum oblitescere illam ex hominum memoria; sed Jesus Christus alios fovet sensus de ignominia, quae patitur; fatis illi non est eas semel sustinuisse; insinuare vult Sacramentum, ut eorum memoriam, ac dedecus tradat immortalitati; neque satis putans eorum imaginem insculpere in alienis tabulis, imprimi illas in proprio Corpore, atque utitur proprio Sanguine, ut exhibeat ignominias suas. Imagini Passionis suae addit etiam praesentes humiliationes, quae quodammodo exinaniant omnia suo gloriae principia.

Non desunt injuriae factae Deo hujus humiliatio. Sacramenti hujus propriae ubi producit Sacerdotis verbo; haec jam magna est humiliatio; sed crebro impit Sacramento, dotis verbo producit, cujus Sacrificium, sacrilegium est. Haec duplex est humiliatio, obediere voci, quae laedi, & mortem inferit, simul ac vitam. Mox manet in Altari, ut sese usibus nostris offerat, & haec quoque insignis est humiliatio; sed manet expressio pravorum Christianorum ludibriis, haereticorum infidelitatibus, sacrilegorum abominacionibus, quae duplicatae sunt humiliationes. Denique ad cumulum humiliationum ingreditur in os, & in stomachum Communicantium. Magna humiliatio est, vivere, & permanere in locis adeo indignis praesentia sua; sed quoties ingreditur in corda nefaria, quae illum recipiendo lacessunt, nonne hac humiliatio est contumeliosa, propter quam de suo amore conqueritur, eo quod postus fuerit ipsum contorta colliment? Huius illi vellem omnes congregare injurias, quas patitur in hoc Sacramento, crederem, me iterum persequi Passionem Salvatoris, & ostendere ipsum in Altari pati aliquid simile istis, quae passus est in Cruce. Invenirem Judas illum oculis tradentes, Carnifices illum crucifigentes, persecutores illum felle, & aceto inebriantes, eo tempore, quo passit illos Carne sua, suoque inebriat Sanguine; cum hoc tamen discrimine, quod in Altari magis contumeliosas invenit circumstantias, quam olim in Cruce.

Cura nostra est. Genes. 37. Nobis amandum est Salvator, qui cum nobis eadem est Caro, eademque res; & respondere debemus obsequiis omnibus cupiditate nostram, quae ad illum offendendum nos impellerent vellent, id, quod Judas dicebat fratribus suadentibus illi, ut excidio fratris sui Joseph assentiretur. Cura nostra est; ille, quem velles tantam meam. Profecto, ut odio habereamus Jesum Christum, a me laedi, & in memet crucifigi, caro est mea, & substantia, donec nosmetipsos amamus, separanda essent haec, quae adeo arcte simul conjunctae sunt; Corpus ejus a corpore nostro dividendum esset, Sanguis ejus a nostro sanguine sejungendus, & auferendum quidquid Vitae suae in nostra invenitur, quod fieri nequaquam potest: tenemur igitur amare Salvatorem nostrum, tamquam partem nostrum metipsum.

Qui non amat Dominum Jesum se anathema. 1. Ad Corinthios. cap. 16. Potissimum propter divinum hoc Mytherium, cum

Sacramenti Eucharistia, quae vere est Mytherium fidei.

Filius Dei humiliatus est omnibus modis in hoc Sacramento.

Sequitur atheni arguementum.

Potius, quod contrarium est, in hoc Sacramento cogit nos illum dilis- cere tamen partem nostram metipsum.

Stupiditas hominum, qui non zelant.

Arbor vitae, quae erat in terrestri Paradiso, cujus ope vires reparabantur, ut homo immortalitate adipisceretur.

Benedictio, quam Isaac dedit Jacob, est figura Sacramenti Eucharistiae.

Dei Filius in hoc Sacramento superavit omne amoris excessum, qui est mortis pro illis, qui amat.

pro-

ad fenfum experientiam, quafi regulam, quæ ipfi magis certa videtur, & quam melius, & majori cum certitudine cognofcit. Hinc fequitur rationem noſtram duo habere privilegia; alterum credendi, quod videmus, vel quod per aliquem fenfum cognofcimus; alterum vero non credendi, quod palam adverſatur fenſuum noſtrorum cognitionibus. Tamen videte vim, quam fides noſtra inferat rationi, & ſenſibus, omnes has propoſitiones impugnat, omnibus his privilegiis abrenuntiat: primum enim nobis vetitum eſt credere, quod oculis noſtris ipſi videmus; jubemur abrenuntiare omnibus fenſuum noſtrorum experimentis, ut Myſterii huius fides conſtituatur. Omnes ſere ſenſus noſtri unanimi conſenſu dicunt, hoc eſſe Panem, & Vinum; Oculi vident Panis colorem, manus illius quantitatem attrahant, nares odorem ſentiant, guſtus ſaporem. Sola Fides vetat credere ſubſtantiam Panis, & Vini inventi ſub accidentibus, quæ alibi ubicunque offendunt obſecta, quibus naturaliter inhærent; ſed quoniam agitur de auctoritate Dei, unum duntaxat verbum Oris illius eſſicit, ut omnia experimenta noſtra abdicemus. Non fatiſ eſt ſidem verare nobis, ne credamus quod videmus, præcipit etiam, ut credamus, quod minime videmus, & quod offendit omnes ſenſus noſtros dicendo, hoc eſſe Corpus, & Sanguinem J. C. quod ſub his accidentibus continetur. Quam vim ſibi debet inferre noſtra ratio?

Quandonam gratia agere debet in nobis cum tota activitate ſua, niſi cum recipimus Jeſum Chriſtum in Euchariftia auctorem gratiæ ſanctificantiſ? Alia Sacramenta non conferunt nobis gratiam, niſi quatenus Cauſa meritorie; ſed Eucharifticum Sacramentum applicat nobis hanc gratiam, non ſolum per creata instrumenta, ſed immediate per propriam ſubſtantiam; & quemadmodum agentia naturalia validius agunt, cum ſemetipſa applicant, quam per medium qualitatum ſuarum; ignis Exempli gratia fovet magis Corpus, quod ad illum accedit, quam calor reflexio; ita Dei Filius agens immediate per ſe in hoc Sacramento, mirabiliores in animabus noſtris operatur effectus; ibi principium eſt, forma, & ſinis Operum, quæ Chriſtiani ſanctificant: Principium, quod nos inclinât ad bonum; forma, quæ dat pretium bonis operibus noſtris; & ſinis, qui illa jucunda eſſicit diviniæ Majeſtati.

Dei Filius in hoc Myſterio, cum deſtitutus ſit præcipui prærogativis, quæ ab illius perſona ſeparari non poſſunt, magis humiliatus videtur, quam in ipſa Incarnatione. Profecto videtur ſe ad extremum uſque humiliatus, factus homo, & divinitatem ſuam Mundo univerſo latitans, in pueri humanitate comprehendens; ſed ſeſe coarctat, & exinanit multo magis in Euchariftia, ubi totus J. C., Verbum, Corpus, & Anima, non ſolum inveniuntur in minima hoſtia, ſed ſub minima partium hoſtiæ. 2. In Incarnatione ſeſe conjungit cum poſtrema naturarum intelligentiam, qualis eſt homo; in Euchariftia vero inveniuntur in poſtrema Specie entium omnium, quandoquidem ſeſe jungit accidentibus, quæ ſunt infra ſubſtantias. 3. In Incarnatione eſſicit ſe hominem mortalem, ſed nihilominus viventem, & quamvis in Euchariftia J. C. ſit in ſeipſo immortalis, eſt tamen in ſtatu Mortis, cum quia Corpus, & Sanguis ejus ibi non ſunt, niſi per vim Conſecrationis, & ſub ſpeciebus ſeparatis utriuſque, cum quod licet conjunctæ ſint ſibi per concomitantiam, propter inſeparabilem unionem, quæ inter illas eſt, ibi nihilominus ipſe noſtrum Vitæ functionem exercet; ita ut in hoc ſtatu dicere poſſit cum Propheta: *Humiliatus ſum uſquequoque.*

Certum eſt, Euchariftiam remittere peccata venialia, & imminuere non ſolum poenam, quam merentur, ſed ſilam etiam, quæ debita erat peccatis mortalibus. Gignit autem hoc effectus admirabiles, quatenus Sacramentum, & Sacrificium ſimul. Delet culpam, quatenus Sacramentum; nam augens gratiam, auget fervorem Caritatis, quæ iterum nos Deo reconciliat, a quo veniale peccatum nos arceat, quamquam non ita ab eo nos ſeparet. Imminuit etiam in hac qualitate peccati poenam, quod augmentum gratiæ, & fervor Caritatis producit in homine dolorem ſcelerum, quem Deus recipit, tamquam debitorum ſolutionem. Sancta hæc Medicina non liberat nos a malis, ubi illa contraximus, ſed ab illis præſervat, & vetat, ne in ea relabamur, quæ Filii Dei ſententia eſt, apud Joannem dicentis: *Hic eſt Panis, qui de Cælo deſcendit, ut ſi quis ex ipſo manducet, non moriatur.* (Joann. 6.) Cum enim hæc Verba intelligi nequeat de morte Corporis, a qua Euchariftia nos minime liberat, intelligenda ſunt de morte ſpirituali animæ noſtræ, quæ eſt peccatum, a quo Euchariftia nos præſervat. Hunc autem effectum producit ita augens ardorem noſtræ devotionis, ut prævalide tentationes invenientes nos verâ præmunis Caritate, nullam contra nos conſequantur effectum.

Nullum eſt Myſterium, quod fidei noſtræ ſuppeditet tantam exercitationis, & meriti ſegetem per eam difficultatem, quæ invenitur in credendis illis, quæ ſunt oppoſita ſenſibus, & rationi noſtræ; tantam enim hæc fides habet in hoc Myſterio exercitationem, ut non ſolum nihil videat,

quod confirmet ea, quæ credenda ſunt; ſed e contra id, quod videt, videatur evertere quidquid credere jubetur; quandoquidem nihil oculis noſtris apparet, niſi Panis, & Vini accidentia, quæ tegebant primam Subſtantiam, quam non eſſe amplius fides nos docet. Spes noſtra hoc medio etiam magnopere roboratur; cum certum ſit, ſi nos credimus, quod pro certo aſſeritur, ſolam S. Petri umbram curaffe morbos, & reſuſcitaffe mortuos, & tactum Eliſici Prophete eundem hunc effectum obtinuiffe; nihil eſt, quod ſperare non poſſimus a Corpore J. C. ſi Sanctam cum illo unionem procuraverimus. Quod pertinet ad Caritatem, ſi verum eſt, amorem amore gigni; conſtat nos non poſſe recipere amorem Dei erga homines, (ita Euchariftiam voco) quin Sanctus Amor alium producat amorem noſtri erga Deum, quo illius magis eſſicimur, quam noſtri; & cum homo eſt in hoc ſtatu, dicere poteſt ſuaſuſſe cum S. Paulo, Caritas J. C. urget me; quoniam hoc Myſterium non ſolum eſt teſtimonium amoris Chriſti, & amor ipſius, qui in nobis eſſe non poteſt, quin cogat nos amare Deum, quemadmodum illius bonitates requirunt.

Quamvis hoc Sacramentum ſuppeditet gratiam in recipiente, accidere nonnunquam poteſt, ut per accidens illam producat. Theologi pro exemplo id aſſerunt; ſi quis oblitus fuiſſet conſiteri mortale peccatum, cujus recordaretur ſolum, cum Altari proxime eſſet communicaturus, atque inde non poſſet citra ſcandalum recedere, quamquam non poſſet illi eam conſidere dolorem, niſi attentionis, quæ peccatum non delet; hoc in caſu Virtutem Sacramenti hujus mutaturam attritionem in contritionem, & deleturam etiam peccatum ipſum, ſecundum propoſitum, quamprimum conſiderandi, quod omnino facere tenetur.

Sanctum hoc Myſterium cumulat nos non ſolum privilegiis, quorum fruſtum, & utilitatem in hoc ipſo Mundo percipimus; ſed caro noſtra conjuncta cum Carne Filii Dei, quæ ſuaſe natura immortalis eſt, propter Verbi immortalitatem, recipit ex S. Joannis ſententia robur novum, ut emergat de putredine terræ, & pro Cælo reſurgat. Secundum hanc conſiderationem auguſtum hoc Sacramentum vocatur Germen immortalitatis, æt æquiori titulo, quod Salvator ipſe conceptus verbis teſtatur: *Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam, & eo reſuſcitabitur cum in noſſima die.* (Joann. 6.) Sed ſi tantum actio hujus viæ auget jus, quod Incarnatio Filii Dei nobis primum adæpta eſt ad immortalitatem, quis dubitare poterit, utrum participatio toties repetita Sacra hujus Carnis, vias nobis ſternat faciliores perveniendi aliquid ad hanc beatitudinem? Quis dubitabit utrum ſtatim ac exierimus de hoc Mundo, alterius felicitate perfruamur per actum, intimamque unionem cum Redemptore noſtro, non ſolum per Spiritum, & gratiam, ſed per Subſtantiam, & realitatem? Mundi Salvator poſuit ſemper per meritum Voluntatem ſuam mortuos ſuſcitare; tamen voluit ſemper operari hoc miraculo huic Corpori peculiarem inſeſe vim, homines ſuſcitandi; & quoniam verum eſt, quemadmodum nos docet Evangelium, Iola Filii Dei veſtimenta curaffe Agrotantes; dubitandi locus non eſt, quominus Corpus illius revocet in vitam; & ſi hæc operatur Miracula, donec paſſibile erat, & cum hominibus verfabatur; multo magis id modo eſſicet, cum ſit impaſſibile, & immortale, & quatenus tale nobis in Euchariftia communicatur, ut adducat ſe in ſtatum, in quo ab hominibus recipi valeat.

Angeli hominibus antecellant, quod ab ipſo primo ſuz Creationis momento perfruuntur Creatore ſuo, quia illum palam vident, & emque perfectæ diligunt Caritate; cum homines nequaquam futuri ſint incomprehenſibilis hujus felicitatis conſortes, niſi poſt vitam præſentem. Sed homines Dei, cui omnia ſunt præſentia, ut penſet Angelorum prærogativam, & remuneret hominum expectationem, voluit his medium ſuppeditare, quo poſſidere poſſent per Eucharifticæ Sacramentum Corpus ſuum, cujus rei Angeli nunquam erunt participes. Ita quamvis angelica Natura ſit humana præſtantior, tamen hæc prærogativa, de qua loquitur, & uno hypochaſtica Verbi, qua decoratur in J. C. dant ipſi locum præferendi eorum humilitatem dignitati Angelorum.

Quamvis Jeſus Chriſtus in Euchariftico Sacramento exutus ſit omni fulgore, qui Majeſtatem ejus circumdat, eſt nihilominus Myſterium tanto adorabilius, ut quemadmodum in Sacramento hoc Salvator præbet Patri ſuo cultum perfectiſſimum; ita in exinanitione Divinitatis, & Humanitatis ſuz, exigit a nobis majores reverentias, & adorationes magis profundas, atque ſinceras: inter plures rationes, quæ a Doctores aſſeruntur, duabus poſitiſſimum immoror. 1. Ob delendum Dæmonis cultum, qui ompeſſi berrarum adorationes conciliaverat: 2. ad ulcendam quodammodo opprobria, quæ ipſi mortuati obſecerant inimici. In ipſo Mundi primordio, Deus adigere volens homines, ut ſe adorarent, reliquerat in creaturis omnibus ſuz magnitudinis ſigna, & dæmon illis abutens eſt, ut ſemetipſum adorandum propoſeret. Deus ergo, ut dæmonibus

Eucharistia.

Hoc Sacramentum quod gratiam ſuppeditat, producit illam aliquando per accidens, & quomodo.

Eucharistia novum nobis præbet robur, & ad immortalitatem, & quomodo.

Per ſignificacem beneficii, quod Deus hominibus eſſicit, ſcilicet illius forem æqualem vel etiam ſuperiorem Angelis.

In Eucharistia præſentem Deum colimus, & adoramus.

perium everteret, ſeſe relegit uſque ad noſſimum humiliationem, ut ſibi creatura conciliare obſequium, a qua in ipſa magnitudine ſua fuerat dedecore affectus; ut homo, qui non erubuerat ligna, & lapides colere, ſcandalum non pateretur a Deo abſcondito ſub accidentibus Panis, & Vini, reparans per Sanctam fidei ſuz impudentiam, ut loquitur Tertullianus, inſolentiam ſuz idololatriz. 2. Dei Filius in hoc ſtatu ulciſcitur quodammodo injurias idololatrarum, qui ſibi propoſuerat Deos, quos minime videbant, & qui aderverant Idola, quæ oculos habebant & non videbant, aures & non audiebant, pedes & non ambulabant. Homines vero nunc venerantur Deum Verum, qui erit in ſtatu Mortis in hoc Myſterio, ſine ullo ſenſuum uſu.

Cum Deus per eſſentiam ſit Bonum, & omne Bonum ſuaſe nature ſui communicativum, gaudet ille eſſicere proſuſiones plenitudinis, & abundantiz ſuz. Si Vir aliquis perfecte liberalis, ſemper locuples eſſet, ſemper bona ſua largiret, eſſicere donaret; ſed quia opes illius circumſcripſe ſunt, per exceſſum liberalitatis, exhaurit ſeipſum, & ſepe adducit ſe in impotentiam ampliora dona tribuendi, quia nimis dando, eo quod prodigiſſimum, non poteſt amplius eſſe liberalis. Hoc tamen non accidit Deo; nam, cum divitiz gratiarum ſuarum finitæ ſint, quæ plura recipere poteſt, eo plura poteſt donare. Hic ſons eſt inexhaustus, qui querit ſolum ſeſe effundere in cordibus noſtris. Tamen poſſumus aſſerere, Deo Filium factum fuiſſe prodigium honorum ſuarum, in Sancto Altariſ Sacramento, & cum dederit ſe totum nobis in hoc Myſterio, exhauſiſſe, ut ita dicam, gratias ſuas, & non poſſe dare nobis plura iſi, quæ dedit. Hæc nobilitas eſt S. Auguſtini ſententia in traſ. 48. in S. Joannem. Dicere audeo, quod Deus, cum ſit Omnipotens, plus dare non poſſit; cum ſit Satiſſimus, plus dare neſcit; cum ſit diſſimulus, plus dare non habuit.

Profecto Deus, qui dat ſemetipſum hominibus in hoc auguſtiſſimo Sacramento, noluit coarctare latitudinem ſuarum liberalitatum, neque in natura numeris, quod fecit, quamquam nobis tribuat ſuum Corpus, ſuam Animam, ſuam Divinitatem, ſua merita, ſuaque ſatiſfactiones, & gratias; neque in tempore, quoniam limites non præſcripſit, quæ potius die adorabile Corpus ſuum ſit accipendum, præ alia, cum voluerit ſeipſum dare hominibus per omnem temporum decurſum, uſque ad ſæculorum conſummationem; neque in numero, & qualitate perſonarum; ſummis, æque participes ſunt, ac imi; & quod ſtuporem aſſert Angelis, & hominibus, illud eſt, quod Mundus Univerſus, cum hoc laute excipitur Convivio, hæc Hoſtia ſuas multiplicat gratias, prout recipitur, ita ut hic ſons ſit gratiæ inexhaustus.

Rite animadvertendum eſt, per Incarnationis Myſterium proprie Humanitati Salvatoris factam fuiſſe donationem Verbi, & quod homines ceteros, qui hujus muneriſ participes facti ſunt, & in Incarnatione Verbi, & in Morte Salvatoris, hanc fuiſſe donationem moralem, & generalem; moralem, quia illis applicat ſolum Virtutem meritorum ſuarum; generalem, quia Salvator univerſe obtulit ſe pro hominibus omnibus, & per hanc donationem communem pertinet ad ſingulos particulariter; ſed Salvator in Euchariftico Myſterio longe aliis conditionibus ſe ſidelibus tradidit. Tradit ſe culibet ſideli, ut videmus, & etiam immediate; quoniam fatiſ eſt non putans communicare nobis effectus Sanguinis, & Corporis ſui, tradit ſe non tantum morali modo, ſed reiſpâ; quoniam reiſpâ eſt ſub ſpeciebus Sacramenti, & ſeſe ponit in manibus noſtris, & in noſmetipſos ingreditur. Hæc eſt admirabilis liberalitas amoris Filii Dei, quæ eſſicit, ut potiori jure, quam Propheta dicere poſſimus; Deus eſt hereditas noſtra, & totum bonum noſtrum.

Homo ex duplici parte conſtat: Anima ſcilicet, & Corpore. Quælibet ſuas habet potentias, & facultates; ſed dicere licet, divinam hæc eſſam ſeſe integerrime communicare duabus iſtis partibus diverſis. Jeſus Chriſtus conjungit ſe cum Anima per gratiam juſtificantem, & emque reddit participem Vitæ, & Spiritus ſui; conjungit ſe ſeipſum facultatibus per gratias actuales, quæ illis imperit; ſed conjungit ſe corporibus noſtris modo inexplicabili, qui aliquid habet amplius, quam præſentiam localem Corporis ſui, & aliquid minus uniſſam phyſicam, & naturalem, quæ eſſicit, ut S. Cyrillus aſſerat, nos factos eſſe corporales, & conſanguineos Chriſti. Hinc ſit, ut reiſpâ agat in hanc partem noſtrammet ipſorum, cohibens noſtras cupiditates, & concupiſcentias. Verum ne arbitremini divinam hanc alimoniam eſſe terrenis ſimilem cibis, qui ſervant, & augent Vitam corporum noſtrorum, & ſe cum illis immutant, atque identificant. Nequaquam; Sacra hæc Caro non ſit una eademque natura, neque una, eademque ſubſtantia ac noſtra caro; alioquin conjuncti eſſemus perſonaliter cum Verbo, quod iſſam eſt, & cogitatio hæc olim ſecellit perſonas piâs nonnullas, quam Scholæ reſpue-runt, tamquam habentem illationes, quæ animos noſtros offendunt; & quamvis Patres nonnulli uti videantur verbis, *Hendry Bibl. Conc. Theol. de Myſter. Tom. II.*

quæ huic opinioni vellicantur; tamen ſemper ſupponendum eſt, cum factum hoc Corpus ſit in Sacramento, modo Spirituum, non poſſe fieri Cibum corporum noſtrorum, ſed Animarum duntaxat, & qui nutretur in ſubſtantiam noſtram, quemadmodum alia nutrantur alimenta, Dei Filius mutat nos in ſe per conformitatem deſideriorum, ſenſuum, ſtudiorum, & vitæ, ſecundum celebre illud eſſatum Sancti Auguſtini: *non ut me nutretis in te, ſed ut mutemur in me.* Quod non prohibet, ne Corpus Salvatoris ſeſe modo peculiari conjungat corporibus noſtris in hoc Sacramente; non ſolum cum jam illud habemus in nobis, & beatis illis momentis, quibus poſſidemus illud, ſed etiam poſt, per qualitates, quæ ibi reſiſcunt, & impreſſiones, quæ eſſicit; quod locum præbuit magnificis illis Sanguinibus Patrum expreſſionibus, & comparationibus, quibus utuntur.

Ecce ſententiam magni Theologi credentis, Sacramentum hoc inſtitutum fuiſſe, ut homines adigerentur ad amandum Jeſum Chriſtum non ſolum quatenus Deum, verum etiam quatenus hominem, & modo ſingulari. *Æquo animo feretis me illius verba recitantem: Valde plium, & probabile eſt, datum eſſe hoc Sacramentum, ut nos excitet ad amorem Chriſti, non ſolum ſecundum Divinitatem, ſed ſpecialiter ſecundum humanitatem: hoc enim ſpeciali modo unitas cum Jeſu Chriſto eſt proprius, & Sacramentalis effectus hujus Sacramenti.* (Suares.) Secundum eruditum hujus Theologi ſententiam, uniones ceteræ, quæ habentur cum Deo noſtro, proprie reſpiciunt Divinitatem illius; quæ, cum ſit ſupra ſenſus noſtros, inſirmatam noſtræ ſeſe accomodare non poterat. Iſta nonniſi per concomitantiam ad humanitatem reſerebantur; ſed in Euchariftia oppoſitum accidit; humanitati proprie conjungimur, hæc proprie diligitur, & Divinitas conſequenter, atque per concomitantiam.

Hic ſenſus eſt, quem ratio inſpirat hominibus, & natura ipſa in animantibus imprimi; eos, qui de nobis benemeriti ſunt, a nobis eſſe diligendos, quia beneficia ſunt monumenta Amoris eadem conferentis, vel quia per ſe monumenta Amoris eadem, hanc ſpeciem animi gratiam merentur de recipiente eadem, hanc ſpeciem animi gratiam. Verum animadvertendum eſt duplex eſſe genus beneficiorum, quorum alia ſunt extra nos, veluti cum, vel opellam impendimus noſtram, vel noſtra bona: alia vera per quæ noſmetipſos tradimus. Ex hoc beneficiorum diſcrimine procedunt duo fontes obligationis amandi eos, a quibus illa recipimus. Cum adeſt diſtinctio inter benefactorem, & benefactum, tenemur ſolum amare benefactorem gratitudinis cauſa. Sed ubi contingit duas hæſe qualitates benefactoris, & benefacti, inveniri collectas in una tantum perſona, veluti cum homo ultro ſeipſum nobis tradit, in hiſce occaſionibus duplici titulo hominem amare tenemur, tamquam benefactorem per gratitudinem, & tamquam benefactum per aliam ſenſus ſpeciem, quæ nomine caret in morum diſciplina, ſed quæ poſita eſt in quadam benevolentia, quam habemus pro rebus omnibus ad nos attendentibus. J. C. cum duplici hæc qualitate offert ſe nobis in Euchariftico Sacramento, ubi ſeipſum tradit nobis ad ſollicitandam ſuas hæc cordium noſtrorum inclinationes, & nos cogat amare ſe, vel tamquam benefactorem per gratitudinem, vel tamquam benefactum ad nos pertinens per animi ſtudium, & benevolentiam.

Metuendum erat, ne homines, qui ſequi ſolent ſenſuum ſuorum experientiam, videntes Panem ſolum in dono, quod a Salvatore accipiebant, induerent ſenſus his ſpeciebus conformes, rati, ſe communem duntaxat eſcam invenire in Cibo, quem ſpecies illæ pollicebantur. Ad hanc igitur ideam prævertendam commendat hoc munus ex origine, eſe dignitate naturæ, & præſtantia effectuum illius. 1. Dicit hunc Panem eſſe de Cælo dilapſum, non ſolum ad inveniendum Corpus, & Sanguinem illum componentia, formata fuiſſe Opera Spiritus Sancti; ſed Cælum præſidere adhuc quotidie alteri huic Nativitati, quam accipit quotidie in Altaribus noſtris: *hic eſt Panis, qui de Cælo deſcendit.* (Joann. 6.) 2. Addit, hunc Panem eſſe vivum contra naturam aliorum ciborum, & eſſe quodammodo Spirituale, quemadmodum ſunt Angeli, & incorruptibilem, cuiſmodi ſunt Cæli: *ego ſum Panis Vitæ, (Ibidem.)* 3. Denique concludit, effectum Panis hujus Supernaturalis futurum, dare iſi qui ex eo manducaverint Vitæ æternitatem. *Qui manducat hunc Panem, vivit in æternum:* Et quia loquebatur ad Judæos, qui contemnere poterant ſua vitæ illas Dapes collatas cum Manna, quod Patres ſui manducaverant in Deſerto, & quod viſibili pacto de Cælo deſcenderat, poſtquam per Angelorum manum fuerat elaboratum, palam præſtatur Panem, quem promittit Cæleſti huic Cibo, qui nequaquam ſervat vitæ Patres eorum a Morte; cum Sacramento hoc continet ſemina immortalitatis, & certiffima Vitæ, & gloriæ principia.

In hoc Sacramento duo deprehendi poſſunt miraculorum genera, quæ Dei Filius ibi operatur, alia quidem in natura, alia autem in gratia; ſed hoc adeſt diſcrimen, quod ea, quæ ſecit in natura, eam ſterilem reddunt, quia deſtrungunt cum Panis Subſtantia Virtutem, ac Potentiam ſuam atque etiam ſuſpendunt accidentia &c. Sed e contra in

Propos. univocum quæ habemus cum J. C. in hoc Sacramento nobis inſpirat amorem erga Sæctam ſuam humanitatem.

Tene mur animo Dei Filium in hoc Sacramento, tamquam benefactorem, & beneficium.

Quantitas, quod fecerit munus Corporis, Sanguiniſ ſui, quod hominibus tradidit in cibum.

Diſcrimen, miraculorum natura, & gratia in hoc Sacramento.

Fides, ſpes, & Caritas grave recedunt incrementum ex cerebro uls

gratia miracula, quae Saluator operatur in hoc ordine Supernaturali, communicant fecunditate recipientibus illud: Ita efficiendo dicitur operationum genera, alterum quidem in nobis, per gratia productionem, alterum vero per nos, faciendo, ut bona opera agamus.

Dei Filius, ut perfectus, non est in nobis, sed in nobis est Christus.

Modus, quo Filius Dei tradit se nobis in hoc Sacramento, reddit donum, quod tribuit nobis, pretiosius, & amorem suum spectabiliorum. Etenim, quin alias usuper donationum formulas, quae in hominum usu posita sunt, natus est praclarum inventionem tradendi seipsum in Cibum: Caro mea vere est Cibus. (Joan. 6.) Nostis nihil magis nostrum esse, quam Cibum, quem sumimus, five illius possessionem spectemus, five illum inspiciamus. Quae manducamus, ea omnino possidemus; haec sunt unum, & idem cum nobis, constituunt partem Substantiae nostrae, ingrediuntur in Corpora nostra cum istidem conditionibus, quibus cetera partes, ex quibus constamus. Ita eodem iure, quo Dominus efficitur nostrum in cibum, adquiremus etiam solutum dominium in haec Substantia aliena, cum sunt intra nos: ex his constat, ex quibus aliam: Et quod pertinet ad usum naturalis huius dominii, semper, nos recipit cibum, quem sumimus, pro omnibus vitae nostrae necessitatibus. Hic fere per totum Corpus distribuit, ut deserviat omnium membrorum officis: se infundit in Cor, ut ibi calor fovet, & movet; ascendit in Oculos, ut obutibus nostris optuletur, transit in Organum Vocis, ut aliquid conserat Verbo. Non sine his utilibus conditionibus J. C. tradit se hominibus in Altaris Sacramento, & ut omnino fiat eorum, & quoad possessionem, & quoad usum, fit Cibus illorum.

Eucharistia est in nobis, quia in nobis est Christus, & in nobis est Cibus.

Cum Theologis asserere possumus, unum ex maxime propriis effectibus Eucharistiae esse effundere in corda recipientium cum necessariis dispositionibus hoc Sacramentum, dulcedinem quandam, ac interiorem letitiam, quae aliquam habet cum Galetis beatitudine similitudinem; (S. Thomas 3. p. 4. 79.) & quae nobis tribuit aliquam Parviti praeparationem; quemadmodum videmus, unum ex effectibus cibi, quo velicimur, sensibilem esse voluptatem, quam inde recipimus: Parviti in dulcedine tua pauperi Dicit. (Ps. 67.) Regius exclamat Propheta. O immortalis filii deliciarum! preparasti Sanctis tuis in Calce, torrentem voluptatum; sed efficit, ut aliquot guttae in hoc Sacramento fluant servit tuis; five dicamus, Spirituales has consolationes procedere ex applicatione J. C. Cordibus nostris, sicut cothedeni de voluptas sua fit in applicatione Dapum palato, & lingua illas gustantibus; five consideratio, quam facimus, per usum huius nostrae de J. C. praesentia nobis tribuatur sensus, secundum S. Laurentii Justiniani Sententiam; quomodo non excuset Animo, quae se sentit dignam officium Dei praesentia! Eo usque, Sancti Patres, atque Theologi inquirunt, ut operatio haec esse fundat in Corpus, & illi communicet sensibiles consolationes, quae commovent Cor, & nonnullam inde lacrimas eliciunt.

J. C. aliter producit gratiam per quam se habet in nobis, & in ceteris.

Considerare possumus, Jesu Christi praesentiam in hoc Sacramento coalescere ad productionem gratiarum, & effectum omnium, qui proprii sunt huius Mysterii, alio prorsus modo ab eo, quo fit in aliis Sacramentis. Primum enim ipse adesse vult adhaerens suam Potestatem praesentiae suae, cum in aliis Sacramentis operetur tanquam absens, atque remotus. Non venit ipse per se in aquas Baptismi, vel in manus Ministri illius applicantis; sed in veniat ibi solum per operationem Potentiae suae. 2. Non applicat solum elementa sensibilia, quae sunt; ut ita dicam, instrumenta in aliis Sacramentis, sicut aqua in Baptismo, & Oleum in Confirmatione; facit ex proprio Corpore Sacramento, quod nos sanctificat; & Sanguis ejus median est, quod applicat nobis eundem Sanguinem. Haec duo sunt simul applicationes: una est realis applicatio, quia recipimus Sanguinem suum in corporibus nostris; & altera applicatio moralis ejusdem Sanguinis, quoniam nobis sua communicat merita. 3. Verum est, omnia Sacramenta esse causas gratiae, quam producant modo mortuo, & inanimato: sed quia Saluator est praesens Sacramento Eucharistico, ipse active applicat semetipsum, & quemadmodum, cum operatur Miracula sensibilia per tactum manuum suarum, vel alia quampiam actione, & applicabit Potentiam Patris sui mirabilibus huiusmodi effectibus; similiter, data paritate, dicere possumus, illum eodem tempore, quo unit Carnem suam Cordibus nostris, applicare nobis hanc eandem potentiam ad gratiam producendam. 4. Queritur inter Theologos, utrum Sacramenta moraliter, an physice producant gratiam, cujus sunt Causae & Signa; sed quidquid fit de aliis Sacramentis, cum nonnullis doctoribus aliter, Humanitatem Salvatoris, utpote conjunctam cum hominis corde, Supernaturaliter ad gratiam producendam elevavit.

Eucharistia est in nobis, quia in nobis est Christus, & in nobis est Cibus.

Dicendum non est, ut aliqui opinati sunt, postquam hoc divinum Sacramentum accepimus, certis vicibus nos in gratia confirmari, sed illud perseverantiam nostram operatur, quemadmodum fructus vini conferre poterat immortalitatem. Si per intervalla manducatus fuisset, & perite-

ratum illius usum profuisset ad hominum Vitam conferendam; ita per sanctum usum, & saepe iteratum huius Sacramenti; & per considerationes, quas efficitur postsumus de causis Sanctitatis in hoc Myserio inclusis; paulatim, ac sensim perducet usque ad finem hoc Opus Salutis nostrae. Quapropter Ecclesia illud tribuit sanam moriturus in Viatici formam; Inveniens, hoc esse illud, quod dicitur consummationem Vitae nostrae Spirituali; & apponit cumulum finali nostrae perseverantiae.

Animadvertendum est, posse aliquem liberaliter, atque magnificum esse modis duobus, cum vel, quod datur pretiosum est, atque exquisitum, vel cum, quod datur, in se quidem exigui est pretii, si consideretur in Natura sua; vel spectabile est propter multitudinem, & quantitatem, veluti si in publica necessitate princeps aliquis magna in copia populo universo fruges distribueret. Sed Filius Dei conjungit, & colligit haec duo in Altaris Sacramento, quantitatem videlicet, & pretium; etenim dat rem rerum omnium pretiosissimam, quoniam dat Corpus, Sanguinem, Divinitatem, omneque thesaurus suos, & propterea hoc dat affluenter, quia multiplicat se eodem tempore in locis infinitis. Cum enim pretiosum hoc Corpus nequeat esse ubique per immensitatem, quae divinitatis duntaxat est propria, Sapientia sua modum excogitavit supplendi per hoc prodigium replicationis ejusdem Corporis in pluribus locis, & quae omnes Philosophiae leges evertit; quemadmodum si liberalitas, & magnificentia sua non permitteret se continere inter fines arctiores status Universi. Ita ut, si eodem simul tempore per Mundum universum conficeretur, inveniretur eodem tempore in omnibus locis simul, & si omnes homines eodem in instanti reciperent illam; sese omnibus daret simul, ut inaeque excepto. & qui unquam sese exhaustiret, quomodo semper seipsum largiatur.

Salvator divinum hoc instituit Sacramentum, ut intine, & arctissime se cum nobis conjungeret; nam, quam omnino nobismet singulis majorem illa nostrorum alimentorum, quae mox sunt pars nostramet temporum, & cum illis unum prorsus, & idem? Sed quoniam est terminus, & amoris perfectio? Nonne unio, ut morum docet disciplina? Si haec quantam est humorum relatio, & convenientia quadam, ac sympathia, quae efficit, ut duo voluntates invicem sibi ultero citroque consentiant; statim ubi haec innotuit similitudo, iam impatiens se conjungere volunt, ac semet efficit inseparabiles. Amor quibus est Vitae unitivus, inquit S. Dionysius, & hic Amor quo magis acer est, & violentus, eo unio haec fit arctior, & intima. Si ergo iudicium ferre volumus de excessu amoris huius hominis Dei in Eucharistia, satis est considerare, quomodo haec unio, quam contrahit nobiscum, & cujus naturam jam explicuimus, superare ceteras uniones, quas habebat haec unio.

Constat omnem manducationem suapte natura tendere ad destructionem, & annihilationem cibi, qui coeditur, & qui amittere debet formam essentiam, atque mutare in vescentis substantiam. Dei Filius non igitur datur nobis pro Pane, & Cibo, neque illam manducamus, nisi ut non annihilamus. Verum est, Philosophos nolle id quod naturae, annihilari; sed verum est res ipsa illud cessare: ita ut, si Dominus nos non altam haberet Vitam, nisi Sacramentalem sub speciebus Panis, & Vini, haec annihilaret Jesum Christum; nam illud esse, quod habet in Sacramento, pendet a Speciebus continentibus illud; igitur mutatio Specierum destructio est ejus essentiae. Non pauci docent Theologi, Eucharistia Panis Consecrationem esse veram productionem Jesu Christi, quae faceret, ut ille esset, si non esset; digestio igitur & consummatio Specierum efficiens Jesum Christum cessare ne sit; est vera destructio Jesu Christi, vi cuius, si non esset alibi, prorsus esse cessaret; ita ut manducatio Jesu Christi per se tendit ad genus ali-quod destructionis, & annihilationis.

Quemadmodum Deus quatenus auctor Naturae prospexit conservationi vitae naturalis in homine; debuit etiam, quatenus auctor gratiae prospicere vitae suae Supernaturalis conservationi. Sed vita naturalis non conservatur; nisi per communem alimentum, reparantem quiddam quotidie deperit de Corporis Substantia; ergo opus erat communi alimentum ad reparandam quiddam quotidie deperit de Vi, Virtute, Spiritu, & Vita, quam nobis inspirat gratia. Omne alimentum esse debet conforme, & appositum vitae, quam conservat; sicut ergo per vitam naturalem, atque corpoream nobis provium fuit alimentum corporeum, & naturale; opus quoque erat, ut vitae Spirituali, Spirituale, & Supernaturale alimentum provideretur. Haec est argumentatio Divi Thomae, (contra gentes l. 4. c. 79.) quae sane persuadet, & haec propositio tenenda est pro certa, & constanti vera, quoad substantiam; etenim illius, qui tribuit esse, est suppeditare ea, quae sunt necessaria ad essentiae conservationem; interest autem Creatori gratiae ea suppeditare, quae sunt necessaria ad gratiae conservationem. Cum Tridentina Synodus (can. 22. c. 13.) conceptis verbis statuerit, hominem nequaquam posse viribus suis

Liberaliter Filius Dei in hoc Myserio se respicit.

Judicium nobis ferendum est de magnitudine amoris Filii Dei, erga nos, ex unione qua contrahit nobiscum in hoc Sacramento.

Quomodo Dei Filius est in Eucharistia exanimatus nobis in cibum.

Cum Deus dedit nobis vitam supernaturalem, debuit nobis Supernaturale alimentum, & haec ut hoc esset Corpus, & Sanguis illius.

suis conservare divinam hanc gratiam, & subsistere in via Dei, neque perseverare in Justitia usque ad finem, sine peculiari ope, & auxilio Dei; qui convenientibus mediis nullam partem discurrat: Sed cum hoc animae subsidium, hoc vitae Spirituale, & Supernaturale alimentum esse debeat idem Jesus Christus in Eucharistia Sacramento, dicere satis est, illum ipsum hoc affirmasse, cum loquens de Carne, & Sanguine suis dixit: Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis, & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis Vitam in vobis. (Joan. 6.) Ego sum Panis Vivus, qui dat Vitam: voluit ille reddere vitam nostram Spiritualem pendente a Cruce, & a Sanguine suo. Profecto aequum erat illius Bonitati, ut aleret sua Carne, & Sanguine Vitam, quam ipse produxerat per hanc Carnem morientem, & per Sanguinem suum de Cruce effusum, ut cum per Corporis sui mortificationem, & Sanguinis effusionem, nobis promeritus fuisset gratiam, illam servare per communicationem sui Corporis, Sanguinique; praeterquam quod aequum videbatur etiam, ut aleret amplius faceret pro nobis eo, quod minime fecerat pro Justis antiquis, quibus non dederat, nisi figuram huius Mysterii.

Hoc Sacramentum est prorsus gloria, quae quam expectamus & timemus est nobis promissa.

Patrum omnium, atque Theologorum, unanimis est sententia; divinum hoc Sacramentum hominibus datum fuisse, tanquam pignus futurae gloriae, quemadmodum canit Ecclesia; sed quod eruditus quidam Theologus animadvertit, peculiare meretur considerationem; quia hoc non invenitur in pignoriis communibus; scilicet; unum, & idem donum simul esse & pignus ejus rei, quam pollicetur, & rem ipsam, quae promissa est; sed quemadmodum Dei Filius novit invenire medium faciendi ex hoc Sacramento signum continens rem significatam ad fidei nostrae exercitationem, similiter ad excitandam spem nostram, dat pro pignore boni promitti, idem Bonum promittit; neque enim in beata aeternitate aliud quiddam possidebimus, sed solum possidebimus illud ipsum alio modo. Objectum, quod possidemus in terra, & in Calce, unum, & idem est; sed diverso modo oblatum; hic quidem sub integumentis, & speciebus Panis, ibi vero palam, & tale, quale est in semetipso.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Ascetis libris, nupersque Conclamationibus loci huius argumenti.

Prorsus Filius Dei in adorabili hoc Myserio consilium fuit an-

tequam moreretur, tribuere liberum volatum infinitis motibus amoris sui erga homines, communicando nobis maximum illud bonum, quod ab eo recipere valeamus; quandoquidem, secundum aliquorum Sanctorum Patrum Sermonem, Eucharistia est continuatio, extensio, & fructus Mysterii Incarnationis usque; Pretium vitae suae, suaeque Mortis, & earum rerum omnium, quae fecit pro nobis, generatim inclusit esse in Sacramento, quod ille instituit, & ex quibus fecit totidem rivulos gratiae suae, per quos illam effunderet in Animas nostras; sed Eucharistia Sacramento non continet solum gratiam; continet etiam Auditorem, & locum ejusdem. Alia Sacramenta sunt media, quae adducunt ad Deum; hoc vero, ut ita dicam, finis est; quoniam complectitur Deum hominem; & alia non sunt, nisi ad producendam sanctitatem, quae est duntaxat dispositio quadam ad Eucharistiam. Liber, cui titulus: Verus Spiritus, & sanctus usus sollemnium festivitatum per annum.

Ardens desiderium quod praesentia Dei Filius permanens cum hominibus.

Nescio quam illecebram Mundi Saluator invenit in hominibus; sed nunquam testatus est ardentis desiderium praesentia illi, permanendi cum ipsis. Contumelias, quibus affecerunt illum, quin ardorem hunc imminuerent, magis magisque amorem hunc inflammaverunt; quandoquidem instituit adorabile Sacramentum Eucharisticum, pridie quam pateretur, cujus crudelis cogitatio illum in antecessum torquerent, atque acerbissimum hypotipsum apparatus totius suppliciorum suorum; tamen quasi haec omnia illum ne tergissent quidem, & quasi nullam ipse partem habuisset in tormentis adeo horribilibus, cogitatum, quomodo satisfaciatur affectui, quo prosequitur homines, & eo tempore, quo amicitia magis ardeat relaxantur, & ardentissimi interpeccat affectus, & natura mortis metu exanimata sese totam colligit, amor Salvatoris morte fortior ipsa querit nova cum nobis tractare foedera, & exequi mirabilia sua Bonitatis consilia, per aperitissima, ac nitidissima monumenta, quae proferre possit, qualia sunt dare nobis suum Corpus, & Sanguinem in Sacramento, quod haec Cibum animarum nostrarum, atque ita permanere in nobis, usque ad saeculorum consummationem. Auditor Sermonum in omnia argumenta Ethica Christiana sermo, pro ser. v. in Causa Domini.

Conatus, & prodigia quibus Deus.

Si nobis iudicium ferendum est de proclivitate, quam omnia habent entia, per vim, atque conatus, quos exequat; Honory Bibl. Conc. Theol. de Myser. Tom. II.

runt, ut tendant in centrum suum, locumque sibi naturallem, quo se tenent toto pondere activitatis suae, veluti ignis, ut se sursum attollat, cum sibi transitum facit per densitatem murorum, ac montium, quos evertit, vel quare; cum intus conclusus est, quid nobis cogitandum non est de desiderio, atque propensione, quam habet Dei Filius permanendi nobiscum, quandoquidem omnes naturae leges subvertit, & Miraculis omnibus vim facit? Reversari possent viginti miracula, & ultra, quae omnia superant vim, & potentiam Creatorum, quorum sola transubstantiatio plura complectitur. Ibi video existentiam accedentium extra subiecta sua, a quibus naturaliter pendunt; humanum Corpus sine ditione, sine pondere, sine materia; membra, & partes aliae ab aliis penetratae sine confusione, & perturbatione; & Ens, quod se multiplicat, quia suam amittit unitatem; quod de Calce in terram descendit, quin per medium transeat; quod ibi caelestis, quin mveatur, & quod servat totam magnitudinem suam sub minima unius hostiae particula. Ibi admiror Carnem, quae Supernaturales habet qualitates; quae colorata est, & videri non potest; quae palpabilis est, nec tangi potest; quae materialis est, & non dividitur; quae comeditur; quam mvetur, & corruptur; quae plena est vita, & permanet in statu mortis, idque ut sibi viam aperiat usque ad Cor nostrum, referens de obiectis, quos natura statueret poterat, triumphum. Ah! fideles, Deum tot conatus exercere, & tot operari miracula, haec est toties infringere omnes naturae leges, ut veniat ad nos, ut in Corde nostro quiescat, ut nobis indiget suam cupiditatem permanendi cum nobis! Nonne hoc est testari amorem suum maximis conatibus Potentiae suae? Dominus quid est homo, quod memoretur ei ejus, aut Filius hominis, quoniam vultus eum? Item.

Parum est Deo amanti adhibere Omnipotentiam suam in Entia Creatura, nisi exerceat illam etiam contra seipsum, ut quodammodo annihilat seipsum affasens in hoc Myserio esse Sacramentale. Profecto si Deus posset aliquid amittere, mihi videatur non posse magis seipsum exure, quam coarctando suam immensitatem; quia hoc esset annihilare illam ubique, ubi non esset, cumque spatium in quo esse posset, infinite majus esset illo, quam repleteret; hoc esset, ut ita dicam, infinite annihilare se, & ideo omnes perfectiones suae cessarent esse. Etenim, quam haberet ille potestatem ibi, ubi non esset? quam gloriam, quam sapientiam, quam majestatem? quandoquidem haec omnia supponunt existentiam profundam, ita pro ratione Apostolus dicit, illum semet exanimavit, faciendo se hominem; & asserit Evangelium, opas fuisse, ut tota uteretur potentia sua coarctatus se intra fines adeo angustos. Quid igitur nobis cogitandum est de eodem Deo in hoc Myserio? haec vulgo dicitur extensio Incarnationis, cum S. Chrysostomus, & sed liceret mihi addere hanc potius coarctationem esse, quam extensionem; quandoquidem etiam semet in puncto concludit. Nonne igitur opus est, adhibuisse Virtutem omnem brachii sui, ut sese in hunc fines adeo angustos conclusa, nobis ostendat palam omnes suae Caritatis dimensiones? si possit comprehendere quae sit latitudo, & sublimitas, & profunditas. (Ad Eph. 3.) Magis Apostole, qui Crucem tibi figis, ut nobis has mensuras ostendas; Ecce medium. Iudicium ferendum est de huius Caritatis extensione, & magnitudine, ex modica hostiae unius circumferentia, quia hoc in statu est, ut esse possit in singulari nostrum, simulque Mundum universum complecti. Dimetienda est illius altitudo ex horum accidentium humilitate; haec enim optima est ratio, quam invenit attollendi nos usque ad se, semet hoc pacto demittens usque ad nos. Concipio illius profunditatem cum video ipsum ponentem se sub speciebus Sacramentalibus, sese in Cor meum insinuare. O immensitas essentiae Dei, in hoc Myserio coarctatae! Quomodo mihi ostendit immensam illius Caritatem! Atrolite mentem vestram usque in Empyreum, fideles, in Mariam extensione, querite imaginem Magnitudinis Dei, penetrare, si vultis, haec spatia, quae comminici possumus, ultra Calorum Orbes, & postquam evanueritis in plagiis minimam hostiae particulam, fallentem oculum nostrum, no-atrosque sensus fugientem, & mox dicite: Deum tantum, & atque tam immensum, sese ad hoc usque punctum coarctavit conatum, ut amor suo satisficeret. Idem.

Cum Dei Filius factus sit homo, quamquam a S. Bernardo appelletur Verbum abbreviatum, habebat tamen magis se magis humiliter in hoc Myserio, quod in hoc Myserio, quia quamvis omnes Corporis sui partes non sint inter se confusa, tamen confusa sunt, quoad locum; quod efficit, ut illud, neque visibile sit, neque palpabile, & caret his omnibus, quae decent Corpus, ita ut hoc in statu dicere valeat: Substantia mea, quamquam nihilum amaret; (Psal. 38.) Se-

Deus non potest se humiliare quam redigendo sua immensitatem ad saeculum hoc, & angustis in hoc Sacramento.

Dei Filius se magis humiliavit in hoc Myserio, quia quamvis omnes Corporis sui partes non sint inter se confusa, tamen confusa sunt, quoad locum; quod efficit, ut illud, neque visibile sit, neque palpabile, & caret his omnibus, quae decent Corpus, ita ut hoc in statu dicere valeat: Substantia mea, quamquam nihilum amaret; (Psal. 38.) Se-